

Clarius
eiusdem
fundamen-
tum, ex
contractu.

ratus est, vt etiam ex illis in administrati-
onem istam vsus ipse confirmat. Deinde. Quia
cum Mineræ istæ Regis sint, aliquod speciale
emolumentum habere debet ex illis: cumque ex
commercio emptionis & venditionis nullum ha-
beat, vt diximus; satis est conueniens vt illud ex
quinto accepto consequatur. Præterea. Ad
omnem difficultatem tollendam præcedit con-
tractus sub eâ conditione; cumque de pretij inæ-
qualitate non sit ratio dubitandi, & illud tum
quinto, tum ceteris partibus debita proportione
respondeat in venditione, nulla videtur in eo in-
iustitia committi. Quod à Dom. Solorzano su-
perius obseruatum, sed debuit amplius explicari.
Nam aut quantum absolute debetur, aut non, si
primum: ergo non erat necessarium id in con-
tractum deduci. Si autem secundum, & alioqui
centilibris (vulgo Quintal) iusto non accipitur
pretio, cum pro eâ nihil detur, videtur in eo in-
iustitiæ labes admiseri. Vt ergo hæc penitus præ-
pulsentur, dici potest quantum quidem solui vt
Regium dominium agnoscat: nec tamen gra-
tis accipi, sed pretio dato; quia scilicet pretium
taxatum tale est, vt ad illud possit extendi. Si
aliunde consideretur Indos Minerariis ad huius-
modi opificium tribui sub moderatâ satis mer-
cedis onere, qui si voluntarij accederent, maius
laboris sui pretium reportarent.

Minerarios
in foro a-
nima tene-
ri ad illius
impletio-
nem.

Si Ex quo sequitur Minerarios teneri in
foro animæ ad contractus impletionem; quia
hic non occurrunt rationes illæ, quæ in Mineris
alijs, vt possit obligatio soltuendi cessare: quan-
doquidem Mineræ in administrationem dan-
tur, quarum inuentiones non sunt administra-
tores ipsi; si enim sint, nullum est discrimen.
Hac autem ratione non extante, obligatio eam-
dem resultat ad standum contractui, quæ in pri-
uatorum contractu resisteret: si videlicet Mine-
ra alicuius esset priuati, & alteri in administrati-
onem traderetur. Est autem contractus in nomi-
natus, Do vt des; vel, Do vt facias: aut potius,
Do & facio, vt des & facias. Nam & Rex Mi-
neram tradit, & Indos distribuit, suisque desig-
natis temporibus etiam pecunias confert, vt Mi-
nerarij possint magno illo in labore progredi;
qui ad laborandum, soluendum quantum, &
vendendum Regi quidquid extraxerint, obli-
gantur. Sed certè si ex parte Regis pacta non ex-
actè seruentur, obligatio ista minuitur: si vide-
licet aut Indi desint aut pecuniæ suis non tri-
buantur temporibus, vt sæpè accidit: vnde cum
hæc scribo magna illis summa pecuniæ debetur.
Quomodo enim possint illi singulis hebdomadis
mercedem Indijs operarijs reddere, si Rex in eâ
negandâ perseueret? An sua omnia, & se ipsos
vendent, ne mercenarij suo labore frustentur?
Si ergo occultè metallum vendant, erit qui con-
demnet nemo, ex communi Doctorum sensu:
quoniam pactum tacitam illam semper habet
conditionem. *Modo tu illi fies.* Pro quo P. Mo-
lina Dissert. 111. §. *Quod verò.* Vnde rarò in con-
tractibus, qui cum Rege inuentur, Officialium
aut impotentia aut culpa, fides integrè seruari
potest. Vt enim est apud P. Lessium Lib. 2. Cap.
23. num. 38. §. *Secundo.* *hunc*, in contractibus
cum Regibus magna sunt pericula, soluant enim

Si ex parte
Regis illi
non statur,
cessat obli-
gatio Mi-
nerarijs.
Ex quo illa
tio.

illi quando volunt, & facile antiquos contra-
ctus reuocant, si per eos læsi videantur. Et in hoc
quidem graue non est Regij patrimonij dispen-
dium: cum enim id, quod ex venditione metalli
colligit in Mineræ administratione consumant,
plus equidem est quod lucratur Rex, quam id,
quod amittit, nimirum quantum administratione
cessante perditurus: laturusque molestissimè si
Indis laboris pretium retardetur.

Venditio
Regi fa-
cienda
quomodo
iusta, si
non libera
quod or-
getur.

82 Circa secundum autem; obligationem
scilicet vendendi Regi quidquid extractum fuerit,
esse etiam dubitatio potest. Nam contractus em-
ptionis & venditionis debet esse liber, & nemo
contrahentium inuitus. *L. Inuitus & L. Nec eme-*
re. C. de contrahenda empr. Et ita communiter tra-
dunt Scriptores. Non ergo obligatio vendendi
Minerarijs imponi potest. Præterquam quod
pretium metalli iustum videtur illud, quod est à
Rege taxatum, vnde propter illud traditur Mi-
nerarijs argentarijs. Tunc vltra. Grauumen il-
lud vendendi necessariò Regi est pretio æstima-
bile: vnde vendens cum pacto retrò vendendi,
minori debet pretio vendere propter grauumen:
vt est receptissima doctrina, pro qua videri po-
test P. Lessius Lib. 2. Cap. 21. Dub. 14. *presertim*
num. 117. Bonacina Tomo 2. *Disputat. 3. de Con-*
tractibus Quæst. 2. Puncto 3. num. 2. & 6. & alij
citati ab ipso. Ex quo sequitur plus aliquid vltra
pretium taxatum esse reddendum, quo scilicet
grauumen huiusmodi compenatur.

Non fieri
satis ex
Regum
prerogati-
ua circa
venditio-
nem.

83 Ad hæc dici potest grauumen venditio-
nis non esse contra leges, quia & lex extat, quæ
Regum prerogatiuam in rebus istis edicat. Sci-
licet *L. 1. C. de Metallarijs*: possunt enim vendito-
res cogere vt sibi vendant iusto pretio quæ ne-
cessaria habent, & ita Doctores tradunt, quos
adducit Dom. Solorzano Lib. 5. num. 33. & in
Politica pag. 942. ad marginem §. La qual condi-
cion. Quod si omnia, quæ venditor potest ven-
dere, necessaria habeat, ad omnium potest com-
pellere venditionem: ratio enim quæ pro qui-
busdam militat, pro omnibus constat militare:
& quando publica utilitas vertitur, compelli
posse, ex iure habetur. *L. si locus. §. ultimo. D.*
Quemadmodum seruantes. Pro quo Doctores
congerit Bonacina *supra Puncto 3. numer. 28.*
Vide etiam P. Fagundez Lib. 5. de Iustitia
Cap. 28. & Pater Palaum *Disp. 5. Puncto 19.* vbi
& exempla adducit, ex quibus nullum ita publi-
cam utilitatem concernit, ac illud, de quo agi-
mus; cum illa ad totum Christianum orbem ex-
tendatur. Vnde Philippus Tertius venerandæ
memoriæ Princeps in epistolâ *Ann. 1618. ad*
Principem Squilacensem Peruvianum Præregem
sic post alia: Osagra dexco el cuydado, que auis pue-
sto en ello. (in Minerâ inquam Huancavelicensi)
encaminando y accidiendo el reparo de estas Minas, y
os en cargo lo pro si gais, pues saltando ellas, cesarian
los labores de los metales de donde resulta la prosperi-
dad y riqueza de estos Reynos, y estos. Sic ille apud
Dom. Solorzanum *supra pag. 941.* Hinc cum
Doctores de inualiditate contractus agunt ob
illatam vim, addunt, *Si iniuste inseratur, vt videri*
potest apud P. Dicastillum Lib. 2. de Contractib.
Tract. 3. Disp. 1. Dub. 17. & P. Escobarde Mun-
diza Tomo 1. Lib. 10. Cap. 20. Pretium ergo à
Rege taxatum haberi debet iustum etiam pro
graua-

CAPVT XII.

De bonis vacantibus, & iis, quæ ab in-
testatis relinquuntur.

§. I.

Quæ circa hoc leges, & qualiter
obligent.

Monitio v-
tilium leges
circa com-
mercium
in hoc ge-
nere in con-
temptum
veniant,
Regijs etiã
Ministrijs
annueni-
bus.

Praxis cir-
ca istud.

Guberna-
torum gra-
uata con-
scientia.

grauamine venditionis: ad iustitiam enim in re-
bus huiusmodi obseruandam maximè illi attenti
sunt. Vnde cum ante annos aliquot pretium
Quintalis metalli huius esset quadraginta Octi-
regalium, vt de suæ gubernationis tempore testa-
tur Dom. Solorzano *citata pag. 941. §. OTRAS*
muchas; modò ad sexaginta accretuit, quia & ex-
pensa metallariorum excreuerunt. De quibus
multa congerit D. Gaspar de Escalona in *Caro-*
phylatio Latino Lib. 1. Cap. 14. Sed quia illa ad
conscientiam negotium non spectant, vel si quid-
quam in illis tale, alterius est considerationis, de
quâ inferius iuuante Deo, nihil de illis diseren-
dum.

84 Illud tamen non grauabor adicere, quod
vltimam momenti sit alicuius, si ad hoc sit qui ve-
lit animum remedij cupidum, & pro eodem vali-
dum, applicare. Leges seuerissimæ metalli huius
commercium inter priuatos prohibentes vim
suam omnem, Regijs Officialibus, & Guberna-
toribus ipsis auuentibus, amiserunt. Cum enim
pecuniæ ex contractu suis temporibus tribuendæ
à Rege desint, vt diximus; ipsi Regij Ministri, ne
opificium cum ingenti boni publici dispendio
deficiat, commercio tali conueniant, non solâ dis-
simulatione, sed notitiâ auctoritatem ministrante.
Afferuntur à Minerarijs Centilibræ metalli vi-
ginti. E. g. Regijs prompturnis inferendæ. Ro-
gat tunc Gubernator, Officialibus adstantibus,
quot ex illis suo sint nomine recipiendæ? Et
respondet Minerarius, quatuor: alia enim ad
alios pertinent, quibus ab ipso vendita: & quia
eorum nomine inferri nequeant, quia ex Mine-
rariorum gremio non sunt, offeruntur aliquo-
rum ex gremio nomina, & sic receptio con-
summat. Cum etiam contingat vt Minerarij
pecunias non habeant ad vrgendum opus, &
subsidiū hebdomadariū Indijs tribuendum,
Ministri prædicti intercessores accedunt, vt
mercatores pecunias tribuant, metallum minori
pro tertâ parte pretio certis temporibus accep-
turi. Quæ quidem iure se facere existimant, &
obsequium in eo præstare Regi, quia aliâ opus
momenti tanti minimè progredietur. Ad hunc
ergo Regiarum legum contemptum violario Fi-
dei debita contractui compellit. Vbi quidem
Gubernatorum conscientia non potest non ni-
moperè grauari, si possint, diligentia adhibita,
pecuniarum exhibitione succurrere: nam ex eo
fit & Regium Fiscum metalli huius Quinto, dum
distrahitur occultè, fraudari, & Minerarios ma-
gnam facere bonorum iacturam, dum meral-
lum vendere pretio minori coguntur, & ali-
quando summo emere, vt creditoribus tra-
dant tempore præstituto; quia proprio ca-
rent; aut in pecuniâ soluere. De cuius con-
tractus justificatione agendum alibi. Vide *Titu-*
lo 9. cap. 5.

85 Vacantia bona, generaliter acceptâ voce, vacantia
dicuntur, quæ in Hispaniâ *Mojstrenas & bona que*
sunt illa, quæ aut dominum non ha-
buerunt, aut si habuerunt penitus ignoantur post
diligentem inquisitionem: vel etiam si agnosca-
tur, ad illum tamen non pertinent, quia ea penitus
dereliquit: vt accidit cum quis in itinere re-
liquit aliqua, quæ secum ferre non potest ob in-
fortunium aliquod, vel aliâ ex causâ. Et hæc
omnia ad Regium Fiscum in Indijs pertinere, ex
pluribus Regijs rescriptis habetur, quæ adducit
Dom. Solorzano Lib. 3. Cap. 25. num. 38. & in
Politica Lib. 6. Cap. 6. Possè autem id iure fieri
Auctores communiter dicunt, ex quibus videri
possunt Couarruias in *Regula Peccatum, Parte 3.*
§. 1. vers. De legibus. Petrus Nauarra Lib. 4. Cap.
2. num. 57. Bonacina Tomo 2. Disput. 1. de Resit.
Quæst. 3. Puncto 4. num. 9. & Puncto 5. num. 22.
P. Lessius Lib. 2. Cap. 14. n. 3. & 45. P. Rebellus
Lib. 2. Quæst. 12. ip. sine. P. Gaspar Hurtadus Disp.
2. de Iustitiâ & Iure Difficil. 36. in fine. P. Fragolus
Tomo 1. pag. 263. §. Chassanæus: vbi alios addu-
cit. Sed dubitari potest an in conscientia obli-
gent leges dictæ.

In Indijs ad
Regem per-
tinere; &
iure id fieri
potuisse.

86 Circa quod sunt qui negent dicentes
eum, qui aliquid inuenit, teneri illud tradere Fisco
post condemnationem, sed non antea. Sic Petrus
Nauarra *supra. P. Sâ V. Theſaurus:* quod & vide-
tur probare P. Hurtadus loco citato referens, nec
contradicens. Cardinalis Lugo *Disp. 6. de Ius-*
titiâ num. 152. affirmat multos esse qui dicant non
esse vsu receptas cum obligatione. Et ipse ait
consideranda esse verba & consuetudinem. Vbi
aliquis fortè addat etiam post condemnationem,
si occultare possit, eò quod leges tales juri gen-
tium videantur derogare, juxta quod ad inuen-
torem pertinent, cum nullius sint aut factò aut
iure. Alij obligare in conscientia sentiunt, quia
bona ista domino carent, & ita ad publicam po-
testatem spectat de illis disponere: vnde qui per
applicationem jus accipit, nequit sine iniuria illis
priuari; & ita neque Fiscus, cui possunt propter
utilitatem publicam applicari. Sic plures, qui
generaliter de legibus circa bona disponentibus
id affirmant, eò quod dominia rerum maximè ex
legum dispositione proueniant, vt diximus *num.*
44. & in speciali Bonacina, P. Rebellus, P. Fra-
golus supra. Aliter nonnulli, qui censent leges
non esse æquitati conformes, quando ita appli-
cant bona, vt domino eorum comparente, non
sint illi restituenda, nisi de illis sint, quæ pro dere-
lictò habentur. Ita Couarruias §. *illo, De legi-*
bus. Quod & colligitur ex eorum sententiâ, qui
dicunt, factâ compositione incertorum bono-
rum per Pontificem, semper remanere obligatio-
nem

Sententiã
negantium
leges circa
illa in con-
scientiã
obligare.

Oportet
tenentes,
& eorum
fundamen-
tum.

Aliquorũ
sententiã
modus.

Ex compoſitione per Bullam argumentum.

nem reſtituendi domino comparenti ; quia Pontifex nequit pꝛiudicare juri priuatorum. Sic Corduba, P. Molina, P. Turrianus, Villalobos, & Emmanuel Rodriguez, quos adducit Cardinalis Lugo Diſput. 21. num. 97. Caietanus, Sotus, & Ludouicus Lopez apud Villalobos, quod & cum aliis tenet P. Dicaſtillus Lib. 2. Tractat. 2. Diſput. 9. num. 396. Cum ergo Pontifex nequeat etiam circa opera pia, neque Principes laici id poſſe videntur, qui priuatorum juri pꝛiudicare velle nunquam debent intelligi cum talis voluntas non ſit conformis æquitati.

Aſſertio 1. leges Indicia non plene obligare, quam alia circa idem à Regibus Hiſpania condita.

Regis reſcripti verba, ex quibus probatio.

Reſcripti verba, ex quibus probatio.

Probabile eſſe leges de animalibus tantum errantibus loqui.

Aſſertio 2. ſicut & in conſcientiâ non obligat.

Aſſertio 2. ſicut & in conſcientiâ non obligat.

Aſſertio 2. ſicut & in conſcientiâ non obligat.

Aſſertio 2. ſicut & in conſcientiâ non obligat.

Aſſertio 2. ſicut & in conſcientiâ non obligat.

Aſſertio 2. ſicut & in conſcientiâ non obligat.

87 Dico Primò. Leges Indicia non aliter obligant quoad forum conſcientiæ, quam leges alia de rebus huiusmodi ab Hiſpania Regibus condita, & vſu comprobata. Id conſtat; quia non eſt vnde maior obligatio colligi queat, neque cur debeant Vaſalli in remotis hiſce regionibus degentes, fidelitatemque eximiam ſuis Regibus ſeruantes, amplius ceteris onerari. Quod quidem ex verbis primarii reſcripti, quod habetur Tomo 1. pag. 306. aperte conuincitur, ſic enim ibi: Bien ſabéis como las coſas Moſtrensas, que acacé à ver con eſas Iſtus de que no ſe hallan à ellas dueños. Hechoſ las diligencias neceſſarias, que las leyes de nueſtros Reynes mandan, pertenecen à nueſtra Camara de Fiſco, e como tales, vos los nueſtros Oficiales las cobrés, e hacéis cargo de ellas al nueſtro Teſorero. Por en de To vos mando &c. Iuxta obligationem ergo, quã in regnis Hiſpaniæ res iſta decurrit, Indicis eſt in partibus tranſigenda.

88 Hinc fit, ſatis probabilis eſſe obligationem dictam ad animalia oberrantia ſolum extendi, quæ perdidit dominus, aut illum nunquam habuerunt, vt docent Nauarra, Salon, & P. Henriquez, quos adducit Dom. Solorzanus in Politica pag. 96. quod & videtur tenere P. Hurtadus ſupra. Licet autem P. Henriquez Lib. 7. Cap. 36. num. 5. ex quo eius citatur aſſertio, nihil aperte dicat, quod pro adductâ faciat poſitionem, ſed tantum aſſertat pecus perditum vocari Moſtrencum, de cuius applicatione per legem agit. Nauarra tamen Lib. 4. cap. 2. num. 82. indubius affirmat leges prædictas aperte loqui non de inuento omni, ſed de los Moſtrensos, quæ ſunt animalia errantia & perditã, vt patet ex dictis legibus. Habet ergo ſententia dicta non leue fundamentum.

89 Dico ſecundò. Probabile eſt leges dictas in conſcientiâ non obligare. Probatuſ auctoritate ita ſententiuſ, & adductis adde Trullench Tomo 2. lib. 7. cap. 14. dub. 5. vbi & de Moſtrensici aſſertit, quidquid dicat Thomas Hurtadus Tractat. 8. Reſolut. 29. Deinde. Quia durum ſatis eſt, vt qui rem aliquam inuenit, & omnem morale diligentiã adhibet ad dominum explorandum, in conſcientiâ debeat rem inuentam Fiſco tradere. Quæ regula pro aliis ſolet adhiberi: ergo ex eã ſaltem elicitur probabilis talis aſſertionis. Neque eſt idem de theſauris, & mineralibus, quod tamen & aliqui concedunt, vt vidimus; quia in illis magna pars inuentoribus tribuitur, quod in iis, de quibus agimus, ſecus accidit.

§. II.

Quid circa obligationem distribuendi in opera pia.

90 Dico tertio. Si quis dicta bona in Hiſpaniâ, & in Indijs distribuere velit pauperibus, tutã id facere conſcientiã poteſt. Sicut etſi in alia opera pia. Sic P. Henriquez ſupra, & ſequitur ex Aſſertione præcedenti: id tamen expreſſiſſe iuuat, vt in hoc caſu maiorem probabilitatem, & conſcientiæ ſecuritatem adſtrua-

Aſſertio 3. poſſe cuiã conſcientiã in opera pia diſtribui.

mũs. Dices parum emolumentum ex reſolutione poſitã inuentori accreſcere, cum obligatio ſit reſtituendi. Quid enim plus habet obligatio ad opera pia, quam reſpectu Fiſci? Sed certè parum diſcrimen non eſt; quia in ſubleuatione pauperum, & pijs operibus exercendis, eximia voluptas eſt, cum auctario gratitudinis in beneficiariis, ſicut & ſpecialè meritum & ſuffragia pro domino rei deperditã. Quod tamen reſpectu Fiſci non contingit, erga quem rarus erit qui piẽ afficiatur: vnde & formidabile eſt nomen conſcientiõis.

Licet ſit obligatio dicta, illam tamen inuentori eſſe proficiuam.

91 Supponit autem reſponſio dicta, ſicut & obiectio, receptiſſimam ſententiam de obligatione reſtituendi pauperibus res inuentas, aut in opera pia expendendi, de quã P. Leſſius Cap. 4. citato, Dub. 7. apud quem alij. Bonacina ſupra, Puncto 4. num. 4. plures adducens. Cardinalis Lugo Diſput. 6. num. 139. Licet quadam vtatur diſtinctione, de quã poſtea: & alij apud ipſum poſt D. Thomam 2. 2. quæſt. 62. art. 5. ad 3. Sed certè licet valdè communis ſit, & P. Vaſquez Tractatu de Reſtitutione cap. 5. §. 4. num. 43. omnes pro eã ſtare dicat Auctores, vno Soto excepto; plures alij ſunt cum Soto ſentientes, qui videri poſſunt apud citatum Cardinalem ſupra, num. 138. vel qui ſaltem probabilem illius ſententiam arbitrentur: quam & ſequitur P. Hurtadus ſupra, Diſſert. 36. pro ſe aſſerens alios, in quibus ſunt P. Sã V. Theſaurus. P. Layman Lib. 2. Tractat. 1. cap. 5. Trullench Tomo 2. lib. 7. cap. 14. dub. 5. num. 3. Thomas Hurtadus Tomo 2. Tractat. 8. Reſolut. 28. vbi plures adducit. Videndus & Diana Parte 11. Tractat. 6. Reſolut. 48. vbi cum multis tenet debita incerta, ſi proueniant ex contractu juſto, aut ſi creditori ob diſtantiam nequeant reddi, poſſe retineri. Quod & circa inuenta proponit Tractat. 8. Reſolut. 12. vt probabilis ex Patribus Dicaſtillo, & Mendo, quibus addendus P. Becanus Quæſt. 45. de Reſtitutione.

Eam adſeruit communis ſententia.

Sed ſunt qui negent non paucos, vel oppoſitũ cenſeant probabile.

92 Cardinalis autem Lugo ſolita ſubtilitatis acumine duo diſtinguit rerum inuentarum genera: alia enim ſunt, quæ proculdubio dominum habent, vt veſtis, liber, gemma, &c. Et eum inueniri poſſibile eſt, quia variij eſſe caſus poſſunt, per quos ille innotefcat. Et vt plurimum talia ſunt quæ inueniuntur. Sicut autem in theſauris contingit, vt propter vetuſtatem dominum amiſerint, & ſic poſſint occupari ſine onere reſtitutionis pauperibus aut alteri faciendã: ita & ratione circumſtantiarum accedere poteſt, vt res quædam dominum jam non habeant,

Card. Lugo ſpecialis diſtinctionis modi de Auobus generibus rerum inuentarũ.

§. III.

Circa bona inſeſtatorum.

beant, ſi videlicet aliquid perdat quis ſibi tantum notum, vt gemmam, vel auri glebam, & paulò poſt moriatur. Res ergo iſtæ inuenientis ſunt, & earum ſit dominus ſine reſtituendi obligatione abſolūtè loquendo: ſecus priores illæ: vnde poſt adhibitam diligentiã, ſi non inueniatur dominus, expendendæ ſunt in eius ſpiritualẽ viuitatem eo modo, quo credibile eſt ipſum volitum: Sic num. 140. & 141.

Ex eo probabile ſententia firmatur de non obligatione uſuribus in opera pia.

93 Cum ergo valdè probabile ſit, ſcluſã obligatione legis bona talia applicantis, eſſe inuentoris, & aliunde leges, de quibus agimus, iuxta probabilem ſententiam in conſcientiã non obligent; quod idem eſt quantum ad illud forum, acſi non extarent: ex eo habetur valdè probable eſſe non teneri in conſcientiã ad piã aliquam diſtributionem, ſed ea poſſe retinere, paratum reddere domino comparenti, niſi pauper ſit, & ſibi applicuerit: quo euentu ſunt qui dicant non teneri reddere, ſicut ſi in alios pauperes tranſuuliſſet. Pro quo P. Leſſius ſupra num. 44. adducit Nauarram, & P. Henriquez. Sed cum oppoſitum verius communiter reputetur, inde oritur difficultas quomodo apud duos ſtare rei eiuſdem dominium poſſit; apud dominum ſcilicet, & inuentorem. Ad quod dici poteſt dominium rerum ſtare apud eum, qui perdidit: apud inuentorem autem putatiuum, quod vero æquiualeat, cum poſſit de re plenè diſponere. Vel dominium vtile, quod cum directo non pugnat, licet non tale, vt cum aliis, de quibus Doctores tractant, veniat penitus comparandum. Niſi plus placeat, eum qui rem perdidit, non habere jus in re poſtquam alius inuenit; bene tamen jus ad rem, & poſſe appellari dominum, tum quia fuit, tum quia jus illud ad rem vero dominio ſuccedens, poteſt videri ſufficiens ad talem denominationem.

Sed nullus eſt momenti ad rem morale.

94 Diſtinctio autem Cardinalis Lugo in ordine ad rem morale, de quã agitur, nullum habere momentum. Nam ſi impoſſibile eſt in domini venire notitiã, vt ex eo acquirere-tur dominium; hoc ipſum conſtare debet: aliaſ quomodo poterit inuentor vt dominus operari? Vt autem ſciatur, illæ ſunt adhibendæ diligentiæ, quæ moraliter videantur ſufficientes. Atqui hoc etiam eſt in rebus aliis faciendum, quæ dominum habere dicuntur: ergo in ordine ad rem moralem ratio eſt eadem, & ita diſcrimen nullius momenti. Quoad Deum quidem poſſet ita contingere; qui impoſſibilitatem inueniendi cognoscit; non ita quoad nos; & ita de omnibus videtur pariter philoſophandum.

Disponendum iuxta id, quod Dominus vult, eſt; ducant plures, non tamen arguunt.

95 Quod autem dicitur de voluntate eius, qui rem perdidit, licet aliorum etiam ſententia ſit, non videtur vrgeri; quia quamuis verofimile ſit vnumquemque velle rem ſuã in propriam ipſius viuitatem conuerti, ea voluntas nequit tollere jus alterius. Habet autem inuentor jus ad rem inuentam, quando factã diligentiã dominus ignoratur: id enim eſt de iure gentium. Sicut qui theſaurum recondit, ſimilem voluntatem habere poteſt; quã non obſtante dominium plenum ex iure gentium comparant inuentores. Præterquam quod ſi ratio illa quidquam valeret, ex eã fieret Principes non poſſe bona huiusmodi ſibi aut aliis applicare; cum tamen poſſint ipſo

Auctore ſic fatente, vt vidimus num. 87. Nam voluntas illa, cum ſit actus domini, impedit dominium in alio: ergo & impedit reſpectu Principis, aut alterius, cui illud velit applicare. Patet conſequentia; quia contra voluntatem priuatorum in rerum ſuarum diſpoſitione nequeunt ire Principes, eorum juri pꝛiudicantes, & dominia rerum auferentes.

Aſſertio 4. Inſeſtatorũ bona ad Regem ſpectare deſicientibus cognatis intra decimã gradum.

96 Dico quartò. Bona quæ ſpecialiter vacantia dicuntur, quando ſcilicet quis inſeſtatus moritur, ad Regem ſpectant, ſecundum valde receptam opinionem, ſi deſcendens non habeat cognatos intra decimum gradum. Sic Dom. Solorzanus Tomo 2. Lib. 4. cap. 7. num. 41. & in Politica Lib. 5. Cap. 7. §. Loquinto, cum aliis, errorem eorum notans; qui ex ſummario legis malè deducto vltra quartum gradum admittendos negant. Legis inquam 12. Titul. 8. Lib. 10. noue Compilationis, in quã talis gradus quartus non limitatur. Et licet non exprimat decimus, habetur tamen Lib. 6. Titul. 13. Part. 6. vbi Gregorius Lopez, & ita tradunt etiam Matienzus in Lib. 5. Recopilat. Titul. 8. L. 5. Gloſſa 1. num. 2. Coarruuias Lib. 3. variarum Cap. 5. num. 4. §. Quinti hinc. P. Thomas Sancierus Lib. 4. Conſultorum Cap. 1. Dub. 24. num. 4. vbi & alios adducit. P. Molina Diſput. 264. num. 11. Intelligitur autem de tranſterralibus; nam in lineã aſcendentium, & deſcendentium non eſt terminus, ut ſpecialiter aduertit Matienzus ſupra, & P. Sancierus num. 3. Communiter autem id omittitur, quia iuxta ſtatum, quem gentis humanum habet, non eſt poſſibile vt qui ab inſeſtato moritur ſupra ſe aut infra plures habeat decem generationes.

Vi ſe præſtat reſolutionem opponat Eſcalonã.

97 Cui reſolutioni ſe opponens D. Gaſpar de Eſcalona in Gazophylacio Peruianũ Lib. 12. Parte 2. Cap. 5. num. 1. ait ſucceſſionem inſeſtati vltra quartum gradum non extendi: pro quo allegat citatam. L. 12. & L. 9. Titul. 10. Lib. 1. & L. 2. per errorem, tertia enim eſt. Tuul. 9. Lib. eodem. Et Doctores ita ſentientes: additque vxorem præferendam Fiſco ex L. 1. & toto Titulo. C. Vnde vir & L. 6. Titul. 13. Part. 3. Pro quo & Matienzus circa L. 12. citatam. Gloſſa 2. num. 1. & Gutierrez Practicarum, qq. 113. Oppoſit etiam ſe P. Sancierus ſupra, n. 5. dicens ſucceſſionem ab inſeſtato eſſe hodie correctã in Hiſpaniã per L. 9. citatam in quã ſic dicitur: Mandamos que dexten à los Teſoreros de la Cruzã da pedir y demandar los ab inſeſtatos de los que no dexan herederos dentro del quarto grado. Sic ſibi. Cui ſimilis eſt Lex. 3. Titul. 9. citata. Ex quibus apparet rem eſſe dubiam, & oportere vt lex ſuper hoc expreſſior habeatur.

Et P. Sancierus.

Verba Legis.

98 Sicut & dubia eſt, quæ addit de vxoris ſucceſſione, in quã idem dicendum de viro, vt Auctores notant videndi apud P. Sancierum, num. 4. citato, quod ſcilicet deſicientibus cognatis vltra quartum gradum, vxor debeat Fiſco præferri, ſicut iuxta leges iuris communis & Hiſpaniæ præferenda ſtatuitur quando vltra decimum gradum deſcendunt. Et vt præferri non debeat arguit

Vxorem & virum in eodem deſe. Si ſucce. dere, quomodo affirmant alij negant.